UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Universitätsbibliothek Paderborn**

# Biblia aurea cum suis histo||riis necnon exemplis || veteris atq[ue] noui || instrumenti

**Antonius <de Rampegollis>**

**Arge[n]toraci, 1509**

**VD16 A 2968**

De Preceptis dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30649**

Visual Library

rijs: tñ ipſi oim̄ beneficiorū
obliti/cū Abſalone ei⁹ aduer
ſario inſurrexit magna pars
ppl'i cōtra eū.ij.Reg.xv.Qñ
Chriſtus pauerat ppl'm mul
tiplicādo panes volebāt euz
regē ꝯſtituere ſup ſe: ſed ſta/
tim bñficioꝝ obliti/ſigna ab
eo fieri poſtulabāt. Joā.vi.
Ppl's mouet̄ de facili: aliqñ
ꝑpter correctiōes ꝛ increpa/
tiones: vel ꝑpter verba aſpe/
ra dñoꝝ. Nam ppl's iſrl' ſub
Salomone bonore ꝛ abun
dantia rerū abundauit: ꝛ tñ
ad vnū verbū durum quod
Roboam eius filius dixit:
indignati ſunt vehementer/
et pro maiori parte/ab eius
dominio receſſerunt. iij.Re/
gum.xij. Judei ſatis bono
animo dicebant Chriſto/ꝙ
in nazereth ciuitate ſua ope/
raret̄ miracula: ꝛ tñ poſt in/
crepationē eis factā modicā
a dño/ꝑcipitare eū de mōtis
ſupcilio voluerunt. Lu.iiij.
Ppl's mouet̄ aliqñ de malo
in bonū licet raro. Et hoc ꝑ/
pter miracula que aliquādo
videt. Nā cū apphēderet po
pul⁹ Hieremiā dicēs: Mor
te moriat̄. Qui poſtea viſis
ſignis dixerūt. Nō eſt dign⁹
morte. Hiere.xxvi. Quia po/
pulus nimis cito ſenib⁹ Su
ſannā accuſātib⁹ credidit cō
dēnauerūt eā morti: ſed viſo
ꝙ ſuſcitauerat de⁹ ſpm̄ Sa/
muelis: reuerſus eſt ppl's cū
feſtinatiōe ꝛ liberauit eā/ꝛ ſe
nes ipios occiderūt. Dañ.13.
Filij iſrl' q̄ ditati ꝛ armati exi
erāt de egypto. vidētēs egy/
ptios/ꝯtra Moyſen ꝛ Aarō
murmurare ceperunt. Sed
poſtq̄ꝫ de⁹ mare miracl'oſe di
uiſit ꝛ Pharaonē ſubmerſit/
ſic dño cecinerūt/ꝛ moyſi cre
diderūt. Exo.xiiij. ꝛ.xv. Cū
vipera manū Pauli apphen
diſſet oēs eū eē homicidā cre
diderūt: ſed cū eā excuſſiſſet i
ignē/ꝛ nihil leſionis ſentiret:
quilibet eum aſſeruit ſeruum
dei. Act.xxviij.

## ¶ De preceptis dei. Cap.cviij.

Precepta dei ſeruāda ſūt ex
Leuitate iniunctionis man
datorum.
Fidelitate condictionis
ſubditorum.
Sedulitate oſtenſionis ex/
emplorum.
Acerbitate punitionis trāſ/
greſſorum.
Auctoritate impletiōis pre/
latorum.
Amenitate ſaluationis ſer/
uatorum.

# De preceptis

## P Recepta

dñi ſeruanda ſunt:
qꝛ leuia ⁊ poſſũt faciliter ad/
impleri. Nã leue p̄ceptuz ad
obſeruandũ ⁊ breue ad me/
moriter retinẽdũ dedit dñs
Ade.ſ.ne de pomo ligni ve/
titi mãducaret. Geñ.ij. Ut fi
lij iſrl' leuia p̄cepta dñi obſer
uarẽt/iuſſit eos dñs ſctificari
cũ ea deberẽt recipe vt leues
ab oneribus pctõꝝ poſſent/
eius p̄ceptis leuiꝰ ꝯformari.
Exo.xix. Quia oĩa leuia ten
dũt ſurſum/p̄cepit dñs filijs
iſrl'/⁊ vittas iacintinas pone
rẽt in angulis palliorũ/vt ha
berẽt memoriã celeſtiũ mãda
torũ. Num.xv. Ob hãc cãm
ꝯquerit dñs ꝙ filij Rechab
p̄cepta pr̃is eoꝝ q̃ erãut val/
de grauia/ſcz nõ bibere vinũ
⁊ non habere domos ſerua/
bant/ſed ppl's eiꝰ dei p̄cepta
leuia ꝯtemnebat. Hier.xxxv
Precepta dei ſeruanda ſunt/
qꝛ ſerui et ſubditi eiꝰ ſumus.
Ideo ea vſq; ad mortẽ ſerua
re debemus. Propter qđ ba
lã licet malꝰ dixit regi moab
dixi tibi ꝙ facerẽ quicq̃d p̄ci
peret mihi dñs. Num.xxij.
Suſanna melius iudicauit
in manus hoĩm cadere q̃ȝ de
linq̃re legẽ mãdatoꝝ dei/in/
famie ⁊ mortis periculo ſe ex
ponens. Dañ.xiij. Cũ truci/
daret̃ ſub antiocho legis ob
ſeruatores: multi de ppl'o no
luerũt infringere legẽ dei: ſed
eligerunt potius trucidari.i.
Mach.ij. Due mulieres de/
late ſunt filios circumcidiſſe
iuxta dei preceptũ q̃ publice
circũducte ꝑ muros infanti/
bus ſuſpenſis ad vbera/ſunt
p̄cipitati.ij. Mach.vi. Elea
zarus antiquus diros cruci
atus ſuſtinuit ne p̄cepta di/
uine legis infringeret. Et il/
lud idẽ/ſeptẽ frẽs cũ pia ma/
tre eoꝝ fecerũt inaudita tor/
mẽta ⁊ cruciamĩa ſuſtinẽtes
ij. Mach. vi.⁊.vij. Precepta
dei adimplẽda ſunt/ ⁊ obediẽ
dũ eſt eis exemplo aliaꝝ crea
turarum. Nam eius p̄ceptis
obediunt angeli boni. Quia
cũ numeraſſet Dauid ppl'm/
p̄cepit dñs angelo vt ꝑcute/
ret ppl'm: ⁊ ꝑcuſſit. ⁊ poſtea i/
perauit deſinere ⁊ deſinebat.
ij. Re.xxiiij.i. Para.xxi. Ma
li etiã angeli p̄ceptis eiꝰ obe
diũt. Nã p̄cepit dñs imũdo
ſpiritui vt exiret ab hoĩe. Et
ſequit̃: Statim demonia ex
ierunt. Lu.viij. Coruis p̄ce/
pit dñs vt paſcerent Helyã
ꝑphetã/ q̃ ei carnes ⁊ panem
mane ſemꝑ ⁊ veſpere defere/

bant.iiij. Reg.xviij. Silr ven
tis ꝛ mari p̄cepit ꝛ obediēdo
vent⁹ ꝛ mare ſiluit ꝛ quieuit.
Lu.viij. Generalr etiā oib⁹
creaturis dr: Preceptū poſu
it ꝛ nō p̄teribit: ignis grādo
nix glacies/ ſpūs ꝓcellarū/ q̄
fa. ver. ei⁹. Ps̄.cxlviij. Prece
pta dei debēt generalr obſer
uari a prelatis ꝛ alios poſtea
facere obſeruare. Jō ſpecia/
lē memoriā fecit dn̄s Joſue
de obſeruātia mādatorū qn̄
ip̄m p̄ncipē ſui ppl'i ordina/
uit. Joſ.i. Rex dauid iſtituēſ
Salomonē regnaturū poſt
ſe/ inſtruxit eū dicēs: Tunc
ꝓficere poteris ſi cuſtodieris
mādata q̄ p̄cepit dn̄s obſer/
uari.iij. Reg.ij. Ordināte Jo
iade pōtifice Joas in regem
impoſuerūt in capite ei⁹ dya
dema: dederūtq; in manu ei⁹
tenendā legē/ ꝛ regē ſuꝑ po/
pulū ſtatuerūt. ij. Para.xxiij.
Rex Perſarū monarcha to/
tius mūdi: nō verecūdabat
dicere: Precepit mihi de⁹ ce
li/ vt edificē ſibi domū i Hie/
ruſalē.i. Eſdre.i. Pater Joā
nis baptiſte q̄ erat pōtifex et
ꝑlatus/ ꝛ vxor ei⁹ Eliſabeth
erāt ſine querela in mādatis
dn̄i: ꝛ dei iuſtificatiōib⁹ ince/
dentes. Lu.i. Precepta dei
ſeruanda ſunt timore pene ꝛ
maledictionis/ q̄ trāſgreſſo/
ribus ſunt parate. Nā dicit
Maledicti q̄ declināt a mā/
datis tuis. Ps̄.cxviij. Graui
ter punit⁹ eſt Adā: qꝛ p̄ceptū
dn̄i nō ſeruauit/ cū ꝛ ipſe fuit
de ꝑadiſo expulſus ꝛ ad mor
tē ipſe eiuſq; poſteritas ꝯdē/
nati. Gen̄.iij. Uir dei q̄ ꝯtra
preceptū dn̄i panē comedit/
fuit a leone occiſus.iij. Reg.
xiij. Saul tā ſignāter elect⁹
ꝛ ꝯſtitut⁹ in regē ꝑ trāſgreſ/
ſionē p̄cepti dn̄i a regno irre/
uocabiliter ē ꝓiect⁹.i. Re.xv.
Precepta dei adimplēda ſūt
ꝓpter remunerationē q̄ dat
obſeruantib⁹ ꝛ cuſtodientib⁹
ea. Quia in cuſtodiēdis illis
ſcꝫ mādatis/ retributio mul/
ta. Ps̄.xviij. Quia noe fecit
oīa q̄ p̄cepit ei de⁹: ſic fuit re/
munerat⁹ a dn̄o q̄ fuit ſalua
tus ab aquis cū tota ſua fa/
milia: ꝯſumpta oī carne que
ꝯtra dei preceptū corruperat
viā ſuā. Gen̄.vij. Adoleſcēti
querēti a dn̄o quomō poſſet
fieri ſaluus: Rn̄dit chriſtus:
Si ad vitā vis ingredi/ ſer/
ua mandata. Math.xix. De
hac materia q̄re plura exem/
pla de obedientia. Quō autē
diuinis mādatis obediēduꝫ
ſit magis q̄ꝫ p̄cept̄ hoīm: nō
ſolū lingua ſed opere veloci/

teratq̄ prompte. q̄re vbi s̄.

¶ De prelatis ⁊ principibus bonis. Cap.cix.

Prelatus bonus ⁊ princeps debet eſſe.

Amator ſubditorum.
Perſcrutator ſecretorum.
Defenſator commiſſorum.
Doctrinator inſciorum.
Ordinator agendorum.
Confortator timidorum.
Liberator oppreſſorum.
Conſolator afflictorum.
Excitator tepidorum.
Suſtentator egenorum.
Refrenator ſuperborum.
Viſitator orphanorum.
Verberator tranſgreſſoꝝ.
Extirpator peruerſorum.
Exhortator petendorum.
Diſpenſator tradendorū.

P Relatus debet primo ſubditos ſuos diligere ſiue ſpūalis ſiue tp̄alis p̄latus vel princeps fuerit. Iō moyſes ſic populū ſibi cōmiſſum amauit/ ꝙ reſpuebat maiorē ppl'm quā ſibi dn̄s promittebat: ſuo ꝯtentus ppl'o quem amabat. Exo.xxx. Signū p̄lati ad ſubditos ſuos amor eſt/ diligere honorem cuiuſlibet ſubditi ſicut ſuū. Hoc ſignū habuit Moyſes qn̄ deſiderabat ꝙ oēs de ſuo ppl'o ꝓphetarēt: licet ex hoc eiꝰ honor ⁊ fama diminui videret. Num.xi. Voluit dn̄s delere ppl'm poſt reditū exploratorū: vt Moyſen ſup maiorem ppl'm p̄ncipē faceret. Moyſes aūt ꝓpter dilectionē quā habuit ad ppl'm ſibi cōmiſſum recuſauit. Nū.xiiij. Sic docuit dn̄s verbo bonū paſtorē diligere ppl'm ſuum/ vt animā ſuam ponat ꝓ ouibus ſuis/ q̄ ſibi a dn̄o cōmittunt. Ioā.x. Exemplo etiā ſuo h̄ idē nos docuit/ q̄ cū dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos. Ioā.xiij. Sic amabat Paulus ſuos ſubditoſ ꝙ dicebat Ego libēter impendā ⁊ ſuperimpēdar pro aīabus veſtris/ licet plus vos diligēs/ minꝰ diligar. ij. Cor.xij. Prelatus ⁊ princeps debet eſſe ſcrutator ſecretorū/ ꝑ ſcientiā quaꝫ debet habere. Sic em̄ inſtruunt prelati. Diligite lumē ſapiētie oēs qui preeſtis ppl'is. Sap.vi. Talis p̄nceps fuit Salomon: qui ſua ſapientia ⁊ ſcientia perſcrutatus ē/ cuius duarū mulierū eſſet filius ille/ ꝓ quo mulieres adinuicē contendebāt. propter quod cū audiuiſſet populus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN